Atq gentibus omnibus remotis
Noto seruere nobilem recentem
Et faustam Venetis, pieq matri
Communem historiam. Satis satisq
Jam nos o miseros ferox tyrannus
Affixit, merito et malum rebellem
Crudelem populum Deus supremus
Cuexit, populum suum ut moneret
Ingratum, miserum, suaq culpa
Afflictum. O utinam breui stylum tu
Coercens uariam illius potentis
Diuecti Imperij simul cruentam
Et longa, et tragicam, minisq nobis
Jucundam historiam diu expetitam
Possis texere. Serta forsi ille
Lex tandem indomitum domet tyrannū
Et pulchra Insula, nobilis, uenusta
Cypros iam redeat Dei potentis
Praesenti auspicio pios, modestos

Denuo ad ueteres suos patronos
Magis, quam dominos. Iuuq finis
Hic ut historiae recentis, atque
Illustris, uariae, diserte amicae.
Fiunt historiis mali poetae.
Quidam richum sua labore
Aequirunt miseri parum periti
Rerum, nil aliud, mouere quippe.
Dum uolunt lacrymas, mouent miselli
Risum, dum nimium uolunt fabeni
Jucundi historiis, nimis putantur
Vani, atq egregium ac celebre nomen
Perdunt historiis. Ubi est decori
Forma cognita, docte Gratiane?